



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio CXXXIII. De pusillanimitate, quæ opponitur magnanimitati
secundum defectum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

secundum se habent annexam ostensionem non minorationis, ac hoc indirecte excellentie. Qui enim manifestat se non minore, attestat aequalitatem ipsam tantam excellentiam quandam. Ipsa quocumque vicia ex hoc directe sunt pro repro, aut aliquo humiliori, non effugit, quin habeant admittam inanem gloriam. Qui enim iactat se medicum, ut heretur, non effugit, quin velit manifestare excellentiam suam, quamvis illam labor dicitur auraria. Et enim talis sit magis quam vanus, est tamen etiam uanus. Sicut qui firmiter, ut moechetur, est magis moschus, quam magis est tamen etiam fur. Et simile est de contentione, & alijs, que indirecte ordinantur ad inanem gloriam finem. Contentens siquidem de lucro, non effugit, quin adeo clamet, ne videatur minor, sicut quibus ipse ordinat ad lucrum. Sic ergo solida huius articuli doctrina.

supra dictum est, * illa vitia que de se nata sunt ordinari ad finem alicuius viti capitalis, dicuntur filia eius. Finis autem inanis gloriae est manifestatio propriae excellentie, vt ex supra dictis patet. Ad quod potest homo tendere dupliciter. Vno modo, directe siue p verba, & sic est iactantia: siue per facta, & sic si sint verba habentia aliquam admirationem, est presumptio nouitatum, quas homines solent magis admirari: si aut per falsa sit, sic est hypocrisis. Alio autem modo nititur aliquis manifestare suam excellentiam indirecte, offendendo se non esse alio minore. & hoc quadrupliciter. Primo quidem, quantum ad intellectum: & sic est pertinacia, per quam homo nimis innititur suae sententiae, nolens credere sententiae meliori. Secundo, quantum ad voluntatem: & sic est discordia, dum non vult a propria voluntate discedere, vt alijs concordet. Tertio, quantum ad locutionem: & sic est contentio cum aliquis verbis clamose contra alium litigat. Quarto, quantum ad factum: & sic est inobedientia, dum scilicet aliquis non vult exequi superioris praecipitum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut supra dictum est, iactantia ponitur species superbiae quantum ad interiorem causam eius, quae est arrogantia. Ipsa autem iactantia exterior, vt dicitur in 4. Eth. f. ordinatur quandoque quidem ad lucrum, sed frequenter ad gloriam, & honorem: & sic oritur ex inani gloria.

AD SECUNDUM dicendum, quia non causat discordiam & contentionem, nisi cum adiunctione inanis gloriae, per hoc scilicet, quod aliquis sibi gloriosum reputat, quod non cedit voluntati, vel verbis aliorum.

AD TERTIUM dicendum, quod inanis gloria vituperat circa eleemosynam propter defectum charitatis, quae videtur esse in eo qui praefert inanem gloriam utilitati proximi, dum propter hoc illud facit. Non autem vituperatur aliquis ex hoc, quod praesumat eleemosynam facere, quasi aliquid nouum.

QVAESTIO CXXXIII. De Pusillanimitate, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de Pusillanimitate.

Et circa hoc quaeruntur duo.

Primo, Vtrum pusillanimitas sit peccatum.

Secundo, Cui virtuti opponatur.

ARTICVLVS PRIMVS. Vtrum pusillanimitas sit peccatum.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod pusillanimitas non sit peccatum. Ex omni enim peccato aliquis efficitur malus, sicut ex omni virtute aliquis efficitur bonus: sed pusillanimitas non est malus, vt Philosophus dicit in 4. Ethicor. * ergo pusillanimitas non est peccatum.

¶ 2 Praterea. Philosoph. f. dicit ibidem, quod maxime videtur pusillanimitas esse, qui magnis bonis dignus existit, & tamen his non dignificat seipsum: sed nullus est dignus magnis bonis nisi virtuosus, quia vt Philosophus * ibidem dicit, secundum veritatem solus bonus est honorandus. ergo pusillanimitas est virtuosus. Non ergo pusillanimitas est peccatum.

¶ 3 Praterea. Initium omnis peccati est superbia, vt dicitur Ecclesiastic. 10. sed pusillanimitas non procedit ex superbia, quia superbus extollit se supra id quod est: pusillanimitas autem subtrahit se ab ipsis, quibus dignus est. ergo pusillanimitas non est peccatum.

¶ 4 Praterea Philosophus dicit in 4. Ethicorum, * quod qui dignificat se minoribus, quam sit dignus, dicitur pusillanimitas: sed quandoque sancti viri dignificat se ioseph & Hieremia, qui digni erant officio, ad quod assumebantur a Deo, quod tamen vterque eorum humiliter recusabat, vt habetur Exod. 3. & Hier. 1. non ergo pusillanimitas est peccatum.

SED CONTRA. Nihil in moribus hominum est vitandum nisi peccatum: sed pusillanimitas est vitanda, dicitur enim ad Coloss. 3. Patres, nolite ad indignationem prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant. ergo pusillanimitas est peccatum.

RESPON. Dicendum, quod omne illud quod contrariatur naturali inclinationi est peccatum, quia contrariatur legi naturae. Inest autem unicuique rei naturalis inclinatio ad exequendum actionem commensuratum suae potentiae, vt patet in omnibus rebus naturalibus tam animatis, quam inanimatis. Sicut autem per praesumptionem aliquis excedit proportionem suae potentiae, dum nititur ad maiora quam possit: ita pusillanimitas etiam deficit a proportione suae potentiae, dum recusat in id tendere, quod est suae potentiae commensuratum: & ideo sicut praesumptio est peccatum, ita & pusillanimitas. Et inde est, quod seruus, qui acceptam pecuniam domini sui sedit in terram, nec est operatus ex ea propter quandam pusillanimitatis timorem, puniatur a Domino, vt habetur Matth. 25. & Luc. 10.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Philosophus illos nominat malos, qui proximis inferunt nocumenta. Et secundum hoc pusillanimitas dicitur non esse malus: quia nulli aufert nocumentum nisi per accidens, in quantum scilicet deficit ab operibus, quibus posset alios iuuare. Dicit enim Gregor. * in pastoralibus, quod illi qui prodesse utilitati proximorum in praedi-

actualis pusillanimitas. Altera est secundum exteriorem executionem, dum recto animo a magnis deficit ab executione, seu susceptione, & aggressionem magnorum: & ita ponitur in litera in tertio membro, eo quod est effectus prima. Et ad hanc refectionem, quae est in executione, spectat pigritia, de qua in secundo argumento li- tere fit mentio, & respondendo dicitur, quod procedit de pusillanimitate ex parte effectus. Pigritia siquidem conuenitur ad animi paruitatem. Nam ex hoc quod animus a magnis retrahitur, fit homo piger ad usum talento suo, & ad aggrediendum magna sibi proportionata.

Lib. 4. cap. 3. paulo ante finem, to. 5. Lib. 4. cap. 3. non multum a principio. Lib. 4. c. 3. ante medium, tom. 5.

Lib. 4. cap. 3. paulo post principium, tom. 5.

Lib. 4. cap. 3. paulo post principium, tom. 5.

Lib. 4. cap. 3. paulo post principium, tom. 5.

Lib. 4. cap. 3. paulo post principium, tom. 5.

Lib. 4. cap. 3. paulo post principium, tom. 5.

Lib. 4. cap. 3. paulo post principium, tom. 5.

Lib. 4. cap. 3. paulo post principium, tom. 5.

Lib. 4. cap. 3. paulo post principium, tom. 5.

Lib. 4. cap. 3. paulo post principium, tom. 5.

Lib. 4. cap. 3. paulo post principium, tom. 5.

in praedicatione refugiunt, si districtè iudicentur, ex tantis rei sunt, ex quantis venientes ad publicum prodesse poterunt.

AD SECVNDVM dicendum, quod nihil prohibet aliquem habentem habitum virtutis peccare, venialiter quidem, etiam ipso habitu remanente: mortaliter autem cum corruptione ipsius habitus virtutis gratuita. Et ideo potest contingere, quod aliquis ex virtute quam habet, sit dignus ad aliqua magna facienda, quae sunt digna magno honore. Et tamen per hoc quod ipse non attendat sua virtute uti, peccat quandoque quidem venialiter, quandoque autem mortaliter. Vel potest dici, quod pusillanimitas est dignus magnis secundum habilitatem ad virtutem, quae inest ei, vel ex bona dispositione naturae, vel ex scientia, vel ex exteriori fortuna, quibus dum recusat uti ad virtutem, pusillanimitas redditur.

AD III, dicendum, quod etiam pusillanimitas aliquo modo ex superbia potest oriri, dum scilicet aliquis nimis proprio sensu innititur, quo reputat se insufficientem ad ea, respectu quorum sufficientiam habet. Unde dicitur Pro verb. 26. Sapientior sibi piger videtur septem viris loquentibus sententias. Nihil enim prohibet, quod se quantum ad aliqua deiciat, & quantum ad alia se in sublime extollat. Unde Greg. in pastorali de Moysè dicit, * quod superbus fortasse esset, si ducatum plebis suae sine trepidatione susciperet; & rursus, superbus existeret, si auctoris imperio obedire recusaret.

AD IIII, dicendum, quod Moyses & Hieremias digni erant officio, ad quod divinitus eligebantur ex divina gratia: sed ipsi considerantes propria infirmitatis insufficientiam, recusabant, non tamen pertinaciter, ne in superbiam laberentur.

ARTICVLVS II.

Utrum pusillanimitas opponatur magnanimitati.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod pusillanimitas non opponatur magnanimitati. Dicit enim Philosophus in 4. Ethicor. quod pusillanimitas ignorat seipsum. Appeteret enim bona, quibus dignus est, si se cognosceret: sed ignorantia sui videtur opponi prudentiae, ergo pusillanimitas opponitur prudentiae.

¶ 2. Præter. Matth. 25. Seruum qui propter pusillanimitatem pecunia uti recusavit, vocat Dominus malum, & pigrum. Philosophus etiam dicit in 4. Ethicor., * quod pusillanimitas videntur pigri: sed pigritia opponitur sollicitudini, quae est actus prudentiae, ut supra habitum est. Ergo pusillanimitas non opponitur magnanimitati.

¶ 3. Præter. Pusillanimitas videtur ex inordinato timore procedere. Unde dicitur Isaia 35. Dicite pusillanimes, confortamini, & nolite timere. Videtur etiam procedere ex inordinata ira, secundum illud ad Colos. 3. Patres, nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant: sed inordinatio timoris opponitur fortitudini, inordinatio autem irae mansuetudini. Ergo pusillanimitas non opponitur magnanimitati.

¶ 2. Præter. Vitium quod opponitur alicui virtuti tãdò gravius est, quanto est magis virtuti dissimile: sed pusillanimitas magis est dissimilis magnanimitati, quàm praesumptio, ergo si pusillanimitas opponeretur magnanimitati, sequeretur quod esset gravius peccatum, quàm praesumptio, quod est contra illud, quod dicitur Eccl. 27. O praesumptio nequissima, unde cetera es? 10 ergo pusillanimitas opponitur magnanimitati.

SED CONTRA est, quod pusillanimitas, & ma-

gnanimitas differunt secundum paritatem animi, ut ex ipsis nominibus magnum & parum sunt opposita, magnum opponitur magnanimitati.

RESPON. Dicendum, quod paritas test tripliciter considerari potest: scilicet ipsam: & sic manifestum est, quod propria rationem opponitur magnanimitati, differunt secundum differentiam magnitudinis circa eam. Nam sicut magnanimitas tendit ad magnam magnitudinem, ita pusillanimitas tendit ad magnam paritatem ex animi paritate retrahit a magnitudine, potest considerari ex parte causae intellectus est ignorantia propriae, ex parte autem appetitus est timor de causa, quae false aestimat excedere habitum modo, potest considerari quantum ad effectum, est retrahere se a magnis quibus est supra dictum est, * oppositio videtur dicitur magis secundum propriam partem, etiam causam, vel effectum: & hoc est directè magnanimitati opponitur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod non procedit de pusillanimitate ex parte causae in intellectu. Et tamen non opponatur prudentiae etiam secundum causam, quia talis ignorantia non procedit, sed magis ex pigritia consideranda sunt, ut dicitur in 4. Ethicor., * vel eius suae subiacet potestati.

AD II, Dicendum, quod ratio pusillanimitatis ex parte effectus.

AD III, Dicendum, quod ratio ex parte causae. Nec tamen timor pusillanimitatem semper est timor proprio. Unde etiam ex hac parte non opponitur fortitudini. Ira autem in seculo non movetur, quo quis extollitur in vindictam, sed pusillanimitatem quae deiecit animam, movet eam. Inducit autem ad pusillanimitatem causam irae, quae sunt inanimata, dicitur animus patientis.

AD IIII, Dicendum, quod ratio gravius peccatum secundum propriam partem, quàm praesumptio: quia per praesumptio bonis, quod est pessimum, ut dicitur, sed praesumptio dicitur esse opposita perbia, ex qua procedit.

QVAESTIO CXXXIII.

De magnificentia, in quatuor articulis divisa.

DEINDE considerandum est de magnificentia, & virtutis opposita.

CIRCA magnificentiam quaeruntur quatuor.

¶ Primo, Utrum magnificentia sit virtus.

¶ Secundo, Utrum sit virtus specialis.

¶ Tertio, Quae sit materia eius.

¶ Quarto, Utrum sit pars fortitudinis.

Parte 1, e. 7. post articulum.

Infra q. 163. arti. 1. ad 3. E. 4. Ethicor. lec. 11. fin. * Lib. 4. c. 3. ad fin. 10. 9.

Lib. 4. c. 3. ad fin. com. 5.

q. 47. arti. 9.